

cincinnatus, a, um. *adi.* **FORMA** *dem.* cincinnatulus **HIER** Epist 130.19. **ETYM** cincinnus. **DLAT** Cincinnatus **SUET** Cal 35.1. uetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem.; Cincinnata. [**FREQ** humilis **67**^{indicia} **4,1**^{/d.c.m.} **254-184** **PLAUT**] uocabulum scriptis litterariis narrando exponendo argumetando, necnon dramaticis, aptum; multum prosa, quandoquidem uersu apparet; omnibus usibus, praecipue mediis quotidianisque; technicis ad historiam pertinentibus quoque inuenitur; inde a principio apparet, saec. I aec. magis usitatur; quamuis multa indicia ad cognomen pertineant, tamen digestio per scripta uaria est et cognominis et communis nominis.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m.subc.}
OPERUM	exponendo	13	4,4
	narrando	44	8,1
	argumentalis	7	1
	dramatica	3	6,8
DIACHRONICA	III-II aec.	3	7,5
	I aec.	27	10
	I-II ec.	8	2,1
	III-V ec.	29	3,2
DIAPHASICA	quotidiana	3	5,2
	media	63	4,7
	docta	1	0,48
DIASTRATICA	litteraria	54	4
	technica	13	4,7
MODUS	prosa	63	4,4
	uersu	4	2

¶ **a** *homo* **cirratus** • *persona* **de rizo**s abundantes o **melenuda** [**REL** ↗ **crispus** **SIM** **cirratus**^{a1}] **254-184** **PLAUT** Capt 648. crispus, cincinnatus. **48** **CAEL** (**QUINT** Inst 1.5.61.). Pelia cincinnatus. **414** **HIER** Epist 130.19. Cincinnatulos pueros et calamistratos ... uirgo deuittet.  **GLOSS** 2.100.32. εὐπλόκαμος.

ad uirum pertinuit qui, cirris uel longo capillo utilitatem arripiens, feminas uitiabat • *se aplicó al hombre que, valiéndose de sus rizo*s o *su cabello largo, seducía a las mujeres* **200** **PLAUT** Truc 610. moechum malacum, cincinnatum. **57** **CIC** P red in sen 12. cincinnatus ganeo. **403** **HIER** Epist 107.9. Nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus arrideat uirgunculae nostrae. **413** 128.4. Nunquam iuenculos, nunquam cincinnatos uideat.

b *ad cometas pertinuit, scilicet quae longam caesariem praebebant* • *se aplicó a los cometas, como calco de cometae 'melenudas'* **45-44** **CIC** Nat deor 2.14. stellae quas Graeci cometas, nostri cincinnatas uocant.  **GLOSS** 2.100.32. κομήτης.

c *f.* **Cincinnata, ae.** *feminae nomen* • *nombre de mujer* **Cincinnati** [**HYPER** **HOMEN** **femina**] **INSCR** CIL 9.5883. Statiae Cincinnatae.

d *m.* **Cincinnatus.** *certorum Romanorum qui militiam uel forum fouebant cognomen fuit* • *Cincinato, cognomen de varios militares y políticos romanos* [**HYPER** **NOMEN** **cognomen**]

d1 **Lucius Quinctius Cincinnatus.** anno 519 aec. fortasse natus, consul suffectus anno 460 aec. ut in forensi causa interpres haberetur; dictator anno 458 aec. cum bellum contra Aequos Volscosque ageretur; quem magistratum dum agros suos laboraret cepit et per vi dies tantum exercuit quibus hostes debellaret; consul anno 457 aec., dictator iterum anno 439 aec. ut ciuium seditionem exinaniret. Cuius nomen apud Romanos quasi ciuis erga patriam magnanimi exemplar permansit; eius existimatio a Cincinnatis, Americae Septentrionalis Foederationis rei publicae societas, admonita est cum George Washington sic appellaret, item in nomine urbi Cincinnati accomodando • *Lucio Quincio Cincinato, nacido posiblemente en 519 aec., fue cónsul suffectus en 460 aec., cargo que ocupó para mediar en un asunto legislativo. En 458 a.C., fue nombrado dictador durante la guerra contra los ecuos y volscos, un nombramiento que recibió mientras trabajaba en sus tierras. Ejerció su mandato durante apenas seis días, tiempo suficiente para derrotar a los enemigos de Roma. Posteriormente, fue cónsul en 457 aec. y nuevamente dictador en 439 aec. para hacer frente a una insurrección interna. Su nombre ha perdurado en la tradición romana como un ejemplo de ciudadano desinteresado y generoso al servicio de su patria. Esta fama se reflejó posteriormente en el uso del apodo por parte de la Sociedad de los Cincinatos al referirse a George Washington, así como en el nombre de la ciudad homónima* [**DOM** **arare**, consul, dictator, dictatura, magister equitum] **45-44** **CIC** Cato 56. aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse factum. **29-9** **LIV** 3.19.2. L. Quinctius Cincinnatus ... consul creatur. **60** **COLUM** 1.pr.13. cum ... admonear apud antiquos nostros fuisse gloriae curam rusticationis, ex qua Quintius Cincinnatus obsessi consulis et exercitus liberator, ab aratro uocatus ad dictaturam uenerit. **368** **EUTR** 1.17. L. Quintius Cincinnatus dictator est factus, qui agrum quattuor iugerum possidens manibus suis colebat. **390** **VEG** Mil 1.3. idem bellator, idem agricola, genera tantum mutabat armorum; quod usque adeo uerum est, ut aranti Quinctio Cincinnato dictaturam constet oblatam. **INSCR** FAST cos Capitol a.u.c. 296 dictator.

per antonomasiam **417** **RUT** NAM 1.556. Exiguus regum rectores cespes habebat et Cincinnatos iugera pauca dabant.  **SALV** gub 1.10. antiquis illis priscae uirtutis uiris, Fabiis, Fabriciis, Cincinnatis.

suburbana praedia possedit, Quinctia prata appellata • *poseyó unos predios a las afueras de Roma, llamados Quinctia prata* [**DOM** **iugera**] **32** **VAL** MAX 4.4.7. magna latifundia L. Quinti Cincinnati fuerunt: vii enim iugera agri possedit. **79** **PLIN** Nat 18.20. aranti quattuor sua iugera in Vaticano, quae prata Quintia appellantur, Cincinnato uiator attulit dictaturam. **368** **EUTR** 1.17. **412-427** **AUG** Ciu 5.18.12. audiat uel legat Quinctium Cincinnatum, cum quattuor iugera possideret et ea suis manibus coleret, ab aratro esse adductum, ut dictator fieret.  **PAUL** FEST 256. Quinctia prata trans Tiberim a Quinctio Cincinnato, cuius fuerant, dicta sunt.

a Racilia coniuge plures filios habuit • *con su esposa Racilia tuvo los siguientes hijos:*

d2 **Lucius Quinctius Cincinnatus.** Quinti Lucii Cincinnati pater (d9); consularis tribunus annis 438, 425 et 420 aec.; magister equitum anno 437 aec., consul anno 428 • *Lucio Quincio Cincinato, padre de Lucio Quincio Cincinato* (d9); *tribuno consular en 438, 425 y 420; magister equitum en 437, y cónsul en 428* **29-9** **LIV** 4.16.7. tribunum consulari potestate creauit ... L. Quinctium Cincinnati filium. 4.17.9. magistrum equitum ... L. Quinctium Cincinnatum, dignum parente iuuenem, dixit.

d3 **Quintus Quinctius Cincinnatus.** Q. Quincti Cincinnati (d10) pater, consularis tribunus anno 415 aec. • *Quinto Quincio Cincinato, padre de Quinto Quinctio Cincinato* (d10), *tribuno consular en 415 aec.* **29-9** **LIV** 4.49.1. Q. Quinctius Cincinnatus Num. Fabius Vibulanus tribuni militum consulari potestate fuerunt. 4.61.1. Fuere ... tribuni T. Quinctius Capitolinus Q. Quinctius Cincinnatus.

d4 **Titus Quinctius Cincinnatus Pennus (Poenus).** a Postumia coniuge Titum Quinctitum Capitolinum (d6) genuit; consul anno 431 aec. Volscos prouinciam habuit, 428 Veientes; consularis tribunus in 426 et 420 • *Tito Quincio Cincinato* Penó. Él y su esposa Postumia tuvieron a Tito Quincio Cincinato Capitolino (d6); *fue cónsul en el 431 contra los volscos y en 428 contra los veyentes; tribuno consular en 426 y 420* **29-9** **LIV** 4.26.2. T. Quinctius L. F. Cincinnatus eidem et Poeno cognomen additur et Cn. Iulius Mento consules facti.

d5 **Caeso Quinctius Cincinnatus.** consul suffectus anno 460 aec. • *Cesón Quincio Cincinato, cónsul suffectus en 460 aec.* **29-9** **LIV** 3.19.2. L. Quinctius Cincinnatus, pater Caesonis, consul creatur. 3.19.3. liberorum L. Q. Cincinnati nemo Caesoni cedebat magnitudine animi. **360** **VIR** Ill 17.1. Lucius Quinctius Cincinnatus filium Caesonem petulantissimum abdicauit, qui et a censoribus notatus ad Volacos et Sabinos confugit.

ex eorum genere quoque inueniuntur • *entre sus descendientes también se encuentran*

d6 **Titus Quinctius Cincinnatus Capitolinus.** Postumiae et Cincinnati Penni filius (d4); consularis tribunus annis 388, 385, 384 aec.; dictator anno 380 aec. bello Praenestino • *Tito Quincio Cincinato Capitolino, hijo de Postumia y Cincinato* Penó (d4); *fue tribuno consular en 388, 385 y 384; dictador en 380 en la guerra contra Preneste* **29-9** **LIV** 4.18.28. **368** **EUTR** 2.2. Anno trecentesimo sexagesimo quinto ab urbe condita ... T. etiam Quintius Cincinnatus Praenestinos ... persecutus ad flumen Alliam uicit.

d7 **Titus Quinctius Cincinnatus Capitolinus.** consularis tribunus anno 368 aec., magister equitum anno 367 • *Tito Quincio Cincinato Capitolino, tribuno consular en 368 aec. y magister equitum en 367*

d8 **Caius Quinctius Cincinnatus.** consularis tribunus anno 377 aec. • *Cayo Quincio Cincinato, tribuno consular en 377 aec.* **29-9** **LIV** 6.32.3. tribunos militares fecit ... L. et C. Quinctios Cincinnatos.

d9 **Lucius Quinctius Cincinnatus.** Luci Quinti Cincinnati (d2) filius, consularis tribunus annis 386, 385, 377 aec. • *Lucio Quincio Cincinato, hijo de Lucio Quincio Cincinato* (d2), *tribuno consular en 386, 385 y 377 aec.*

d10 **Quintus Quinctius Cincinnatus.** Quinti Quincti Cincinnati (d3) filius, consularis tribunus anno 369 aec. • *Quinto Quincio Cincinato, hijo de Quinto Quinctio Cincinato* (d3), *tribuno consular en 369 aec.*